

VIII.

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

-
- Inhalt:** I. Mittheilung der päpstl. Enzyklik betreffend die Einführung der neuen Messe und des Officiums de immaculata Conceptione B. M. V.
 II. Mittheilung des Schreibens der Congr. Rituum betreffend den Gebrauch der Messkleider in f. g. goth. Form, und Verbot das heil. Altarssakrament anderswo, als in der Mitte des Altars, im Tabernakel, aufzubewahren.
 III. Bekanntgabe der Pastoral-Conferenzfragen pro 1864.
 IV. Empfehlung des Thierschutzvereines.
 V. Ankündigung des topographischen Post-Bezirks.
 VI. Ankündigung eines Zeitfadens für die Erhaltung und Ausschmückung der Kirchen von Dr. Wilhelm Gieser.
-

I.

PIVS PP. IX. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Quod jam pridem ab hac Apostolica Sede communia fidelium vota precesque postulaverant, quodque ad augendam in terris Beatissimae Genitricis Dei gloriam maxime pertinebat, id Nos tandem divino adflante Spiritu praestitimus, quum sexto Idus Decembris Anni Millesimi octingentesimi quinquagesimi quarti in Patriarchali Basilica Nostra Vaticana frequentissima adstante S. R. E. Cardinalium, et Saecrorum Antistitum corona, pronuntiavimus, declaravimus, ac definivimus doctrinam, quae tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse singulari Dei Omnipotentis gratia, et privilegio intuitu meritorum Jesu Christi Redemptoris humani generis, ab omni originalis culpa lae praeservatam, esse a Deo revelatam, atque ideo ab omnibus fidelibus firmiter, constanterque credendam. Difficile porro dictu est quanto exinde gaudio perfusi fuerint universi Catholici Orbis Antistites cum Clero suo, nec non Principes viri, ceterique cujuscumque ordinis fideles, quippe qui inflammato studio ducti honore debito prosequendi immaculatam Virginem Genitricem Dei Mariam majorum exempla aemulati, id ipsum novissima hac aetate iteratis precibus ab hac Sancta Sede imploraverant. Nos quidem vix dum ad universae Ecclesiae regimen meritis licet imparibus eveci fuimus, id praecipue curavimus, ut secundum Ecclesiae vota ea perageremus, quae ad augendum Deiparae Virginis cultum pertinerent, utque excellentissimae illius dotes et collata divinitus privilegia, atque ornamenta fidelium oculis clarius nitescerent; qua de causa novum ecclesiasticum Officium, novamque Missam approbavimus, ut solemnus celebraretur festum Beatissimae Virginis sine lae originali conceptae; atque ita arcano Dei consilio non intermissis hujusmodi curis via quodammodo sterni visa est ad solemne edendum decretum, quod de immaculato Deiparae conceptu memorata die atque anno pronuntiavimus. Verumtamen quoniam necessarium esse novimus ut cum lege credendi lex conveniat supplicandi, ideo eo curas Nostras convertimus, ut novum conderetur Officium cum nova Missa tam in Vigilia, ubi concessa est, quam in festo immaculatae Conceptionis, quibus singula haec ex ordine recolantur, et faustissimi eventus series futuris in posterum aetatibus innotescat. Jamvero quum hujusmodi opus ad optatum exitum

perductum sit memoratum Officium, Missamque respondentem de consilio peculiaris Congregationis Sacrorum Rituum ad id apposite per Nos deputatae Auctoritate Nostra Apostolica approbandam existimavimus. Itaque de ejusdem Congregationis consilio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostra idem Officium Missamque Officio respondentem, nec non pro locis ubi est concessa, Missam pro Vigilia immaculatae Conceptionis Auctoritate Nostra Apostolica per praesentes Litteras probamus, eademque Auctoritate praecipimus, ut hoc unice Officium et Missam quicumque de Clero saeculari, et regulari, non exclusis Monialibus, od Horas Canonicas persolvendas quoecumque titulo teneantur, adsumere debeant, Romae quidem, atque ubi fieri commode possit, hoc ipso anno vertente, alibi vero sequenti Anno MDCCCLXIV. sub poena Divini Officii onus minime adimplendi. Nequis vero reputet peculiari quoecumque titulo etiam speciatim designando hujusmodi generali praescriptione minime comprehendi, Auctoritate Nostra Apostolica abolemus, et proscribimus quodecumque aliud Officium, et quaecumque aliam Missam de immaculata Conceptione, etiam si sint ritus a Romano diversi, ac licet singulari privilegio concessa fuerint, etiam cuicumque Ordini regulari, ac jubemus, ut in novis editionibus Breviarii et Missalis hoc unice apponatur Officium in corpore Breviarii, et Missa imprimatur in corpore Missalis die VIII. Decembris; in appendice vero Missalis Missa de Vigilia adjiciatur pro locis, ubi ex Apostolica concessione vigilia celebratur. Et quoniam nonnullae regularium familiae ritum servant a Romano diversum, volumus ut ipsae quantocius exhibere teneantur Congregationi Sacrorum Rituum pro opportuno examine et revisione additiones, aut variationes proprio ritui respondententes. Haec volumus, jubemus, mandamus, contrariis speciali licet, atque individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV Septembris MDCCCLXIII Pontificatus Nostri Anno Decimoctavo.

N. CARD. PARACCIANI CLARELLI.

Indem man dieses Schreiben dem Hochwürdigem Kuratlerus zur Kenntniß bringt, wird unter Einem angeordnet, daß die benöthigten Exemplare von dieser Messe aus dem Kirchenvermögen anzuschaffen sind, und daß Behufs der Bestellung die Anzahl der Exemplare von der Messe wie auch vom Officium ehe-
thunlichst anher bekannt zu geben ist. Das Exemplar von der Messe kommt auf 5 fr. und vom Officium auf 15 fr. Das Blatt von der Messe ist unter 8. Dezember statt der bisherigen im Missali einzuschalten, und vom künftigen Jahre an sammt dem Officium. zu gebrauchen.

II.

Reverendissime Domine uti Frater.

Quum, renunciantibus nonnullis Reverendissimis Episcopis, aliisque Ecclesiasticis, et Laicis viris, Sanctam Sedem non lateret quasdam in Anglia, Galliis, Germania, et Belgio Dioeceses immutasse formam sacrarum vestium, quae in celebratione Sacrosancti Missae Sacrificii adhibentur, easque ad stylum, quem dicunt gothicum, elegantiori quidem opere conformasse; itemque in nonnullis Belgii Ecclesiis vel Oratoriis, Augustissimum Eucharistiae Sacramentum non in medio altaris, verum aut in dextera aut laeva pariete in custodia servari eodem modo, quo Sacra Olea recondi solent; Sacra Congregatio legitimis protuendis Ritibus praeposita super hujusmodi immutationibus accuratum examen instituere haud praetermisit.

Ex hoc porro examine quamvis eadem Sacra Congregatio probe nosceret sacras illas vestes stylum gothicum praeseferentes praecipue saeculis XIII, XIV, et XV obtinuisse, aequae tamen animadvertit Ecclesiam Romanam, aliasque latini ritus per orbem Ecclesias, Sede Apostolica minime

reclamante, a saeculo XVI, nempe ab ipsa propemodum Concilii Tridentini, aetate, usque ad nostra haec tempora illarum reliquisse usum; proindeque, eadem perdurante disciplina, necnon Sancta Sede inconsulta, nihil innovari posse censuit; uti pluries Summi Pontifices in suis edocuerunt Constitutionibus sapienter monentes immutationes istas, utpote probato Ecclesiae mori contrarias, saepe perturbationes producere posse, et fidelium animos in admirationem inducere.

Sed quoniam Sacrorum Rituum Congregatio arbitratur alienius ponderis esse posse rationes, quae praesentem immutationem persuaserunt, hinc, audito Sanctissimi Domini Nostri PII PAPAE IX. oraculo, verbis amantissimis invitare censuit Amplitudinem Tuam, ut, quatenus in tua Dioecesi hujusmodi immutationes locum habuerint, rationes ipsas exponere velis, quae illis causam dederunt.

Quod vero attinet ad Custodiam Sanctissimi Sacramenti, eadem Sacra Congregatio Sanctitatis Suae nomine omnino prohibet illud alio in loco servari praeter quam in tabernaculo in medio altaris posito.

Interim Amplitudini Tuae fausta omnia a Domino adprecor.

Amplitudinis Tuae.

Romae die 21. Augusti 1863.

Uti Frater

C. Epus Portuen. et S. Rufinae Card. Patrizi S. R. C. Praefectus

D. Bartolini S. R. C. Secretarius.

Reverendissimo Domino uti Fratri

Siebon wird der Hochwürdige Kuratlerus zur allfälligen Beachtung in die Kenntniß gesetzt.

III.

Zur Besprechung bei den Pastoral-Conferenzen des Jahres 1864 werden hiemit folgende Gegenstände bestimmt:

1. Wie ist den sich leider mehrenden Excessen, welche zumal im Zustande der Trunkenheit begangen werden, und sogar Todschläge im Gefolge haben, am wirksamsten entgegen zu arbeiten? Wären etwa „Mäßigkeitsvereine“ vom nachhaltigen Nutzen? Wie wäre ein solcher zu bewerkstelligen und einzuführen?

2. Soll und darf sich der katholische Priester, insbesondere der Seelsorger, auch mit Politik befassen an Erörterungen politischer Zeitfragen sich, und in wieferne theilnehmen? oder soll er sich davon ganz fern halten? Welche Grundsätze haben ihm bei der Wahl und Lectür politischer Tagesblätter, Zeitungen u. d. gl. stets vorzuschweben?

3. Es kamen einzelne Beschwerden vor wegen verweigerter oder verzögerter Cheaufnahme. Wie hat der Pfarrsvorsteher dießfalls vorzugehen, um einerseits seiner Pflicht zu entsprechen; andererseits sein Recht nicht zu überschreiten, und sich nicht dem Vorwurf persönlicher Gehässigkeit auszusetzen?

4. Wie sind solche renitente Pfarrkinder zu behandeln, welche in seelsorglichen Angelegenheiten von ihrem Pfarrer vorgerufen, sich weigern zu erscheinen?

IV.

In Graz hat sich auf Grundlage behördlicher Genehmigung ein selbstständiger Thierschutzverein für Steiermark konstituiert mit folgenden Statuten:

§. 1. Der Verein hat den Zweck, jeder aus Unverstand, Leichtsinne oder Bosheit hervorgehenden Quälerei oder Mißhandlung der Thiere, sowie ihrer nutzlosen Tödtung entgegen zu treten, und eine vernunftmäßige Behandlung derselben anzubahnen.

§. 2. Die Mittel zur Erreichung dieses Zweckes sind:

- a) persönliches Entgegenwirken der Mitglieder bei vorkommenden Thiermißhandlungen;
- b) thunlichste Unterstützung der gesetzlichen Organe bei Handhabung der in Bezug auf den Thierschutz erlassenen Gesetze und Anzeige vorgekommener Thierquälereien;
- c) mündliche Belehrung über Bestimmung, Behandlung und Verwendung der Thiere;
- d) Verbreitung humanistischer Bücher und Zeitschriften;
- e) Zuerkennung von besonderen Belohnungen.

§. 3. Der Verein besteht aus ordentlichen, unterstützenden und Ehren-Mitgliedern.

§. 4. Ordentliches und unterstützendes Mitglied kann Jedermann ohne Unterschied des Geschlechtes werden, der nach den gesetzlichen Bestimmungen zur Theilnahme an Vereinen überhaupt befähigt ist.

§. 5. Zu Ehren-Mitgliedern können nur Personen ernannt werden, welche sich um den Verein hervorragende Verdienste erworben haben.

§. 6. Die Aufnahme der ordentlichen und unterstützenden Mitglieder erfolgt durch Anmeldung entweder in der Vereins-Kanzlei oder an den vom Vereine bezeichneten Orten mittelst Ausfüllung der aufliegenden Einzeichnungsbögen.

§. 7. Jedes ordentliche Mitglied ist verpflichtet:

- a) bei seinem Eintritte eine Aufnahmestage von 50 fr. (fünfzig Kreuzer) öst. W. und dann fortlaufend einen Jahresbeitrag von derselben Höhe zu entrichten;
- b) zur Erreichung der Vereinszwecke persönlich mitzuwirken.

Es können übrigens einzelne Personen in besonders berücksichtigungswürdigen Fällen von der Entrichtung der Aufnahmestage und des Jahresbeitrages enthoben werden.

§. 8. Die unterstützenden Mitglieder übernehmen außer zur Zahlung der Aufnahmestage von 50 fr. und der Entrichtung eines Jahresbeitrages von mindestens 1 fl. (Einen Gulden) öst. W. keinerlei Verpflichtung zu persönlicher Wirksamkeit.

Da der Zweck, welchen der Verein anstrebt, sehr wohlthätig und lobenswerth ist, so wird den Hochwürdigen Herren Seelsorgern und den Herrn Lehrern die möglichste Förderung und Unterstützung desselben hiemit anempfohlen.

V.

Das vom k. k. Post-Cours-Bureau herausgegebene, im Jahre 1861 bereits in Druck erschienene topographische Post-Lexicon (umfassend die Kronländer Oberösterreich, Salzburg, Tirol, Vorarlberg, Steiermark, Kärnten, Krain, dann das Fürstenthum Lichtenstein), welches außer den Städten, Märkten und Dörfern, auch die eigenen Namen der Vorstädte, alle Kotten, einzelne Häuser, Gruppen und die bedeutendsten eigenna-

migen, einzeln liegenden Höfe und Mühlen enthält, kann um den für Postbedienstete, dann für Behörden und Aemter auf 5 fl. ö. W., für Private auf 6 fl. ö. W. festgestellten Preis bei der k. k. Post-Direktion in Graz und bei jedem k. k. Postamte bezogen werden.

VI.

Dr. Wilhelm Engelbrecht Gieser in Paderborn hat im Jahre 1858 einen Leifaden für die Erhaltung und Ausschmückung der Kirchen herausgegeben, unter dem Titel: Praktische Erfahrungen, die Erhaltung, Ausschmückung und Ausstattung der Kirchen betreffend. Da dieses Buch auf praktischen Nutzen berechnet ist und bewährte Rathschläge ertheilt, so wird der Hochwürdige Kuratlerus hiermit auf dasselbe aufmerksam gemacht. Der Preis eines Exemplares beträgt 72 fr. ö. W.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg am 11. November 1863.

Jakob Maximilian,

Fürst-Bischof.

Math. Modrinjak,
Konfistorialrath.

